







1756.

- * 1. Ackermann, Ioh. Siegfriedus : Programma, quo ordinarii senior et reliqui doctores fac. juri. et memoriae Ioh. Siegfredi Ackermannii . . . universitatem invitant.
2. * Bornius, Ioh. Augustus : Programma, quo ordinarius senior et reliqui per. juri. antecessores memoriam Bornianam . . . celebrandam indicant.
3. Bachius, Ioh. Augustus : De his, quae iusputantur in quatuor fiduciarum art. 91, 2 et leg. Fidei.
4. Bachius, Ioh. Augustus : De prorogatione juris dictioris.
5. Bachius, Ioh. Augustus : De multa preminentiali in emptione venditione.
6. Bauer, Iohann Gottlieb, fac. juri. proancellarius. De amstendio familiis habentibus in favorem donacionis testimonia. Programma, quo summos in utroque jure honoris. His Augusto Philippo Reipublica conferendis in die L.



1758.

7. Boehnius, Ioh. Gottlob : De Iuris Romano VIII. Argu-
rege, impersum Romanum post absum Movi-
miliarii II. affectante.

8. Breuning, Christianus Hanicus : Turis naturae quae
stonum specimen I.

9. Conradii, Iohannes Tudorius : Tentatio Seacvolae
declarata super causam Aquitani, repates
postumos instituendi et lege Tauria Viles

10. Conradii, Iohannes Tudorius : Super legato partitiorum

11. Eckard, Dietrich Gottschald; fac. iur. procuratorius :
Programma, quo honoris iure summos ... Fidei
Taborius Klingling ... confitit indicit

12. Graefe, Carol. Rudolphus : De imputandis delictis.

13. Gutschmidius, Christianus Gottlieb : De feodo om-
nis juri propriorum omnis ex parte censendis
nisi mutatio rationis feitorum communis speciationis



Demonstratur

14. Homanellus, Petrus Ferdinandus : Pars archivae
practicæ annales sive? Programma, quo oratio-
nem articulis ... indicat.
15. Klipsich, Felix August Philipp : De remissione
cautionis usupructuariae.
16. Majas, Joannes Fridericus, Ord. phil. ex decanes :
De proverbiis Germanicorum collectores.
Programma, quo ad memoriam Hierianum ... invi-
tat.
17. Majas, Joannes Fridericus, Ord. phil. prae cancella-
rii : Descriptio proverbiis veteram Germanorum
exemplis illustrata. Programma, quo ad expressa-
rios in phil. honores invitatur.
18. Ruybus, Fridericus Henricus : Nigrae consuetudi-
naris universali Germania et medi ævi inspe-
catis Saxonico et Suevico, quæque cognoscendi
ratione.



1756.

19. Mlylus, Gustavus Kursarum, Collegii iur. procuratello
ruis : Dicernmate. Programma, quo paucigym
in auz... Trans Tudorov Consalt... indicit
20. Mlylus, Gustavus Kursarum. De beneficio restitutio*nis*
contra rem iudicatam, quae fit brevi manu.
21. Richter, Dr. Tobis : De conditione impossibili
ultimae voluntati adiecta in dictione pro con
scripta habenda ad § 10 f. de hered. institueret
Programma, quo Reputationes publicas indicaret
22. Richter, Dr. Tobis : De praecipua Teli cura et
leges patrum aguocendas atque bonis. Programma
quo ad austriam orationem sollemnem
invitat.
23. Richter, Dr. Tobis : Reputationis iuridica 25
selectiora iuri principia ad ord. dig. Exponit
litr. 18 Specimen I continens



1756.

24. Schumann, Thibaut : Sacra tabernaculum historicum plato.
Sophicarum Specimen I.

25. Wiesand, Georg Stephan : De officiis interpretis
circa sectam scriptoris.

26. Zoller, Thibaut Zoller : De remissione carbo-
nis circa ligata ex die rebile. Programma quo
ad orationem auspicalium instat.

27. Zollerus, Thib. Zoller : Et in stuprata in concubina
venerorum votum et alim enta infantis petere
possunt?









1756, 16.

DE
PROVERBIORVM GERMANICORVM
COLLECTORIBVS
PRAEFATVS

A D
MEMORIAM GEIERIANAM
D. XXXI. DEC. MDCCCLVI.
ORATIONE SOLENNI
CELEBRANDAM
INVITAT
ORDINIS PHILOSOPHICI
EX-DECANVS
IOANNES FRIDERICVS MAIVS
MORAL. ET POLIT. P. P. O.
MAI. PRINCIP. COLLEGII SODALIS.



QAVATIOMIS KARVYOTVAHIV

三三二



Q. D. B. V.

Nuperrime in prolusione academica, qua nobilissimos sapientiae Candidatos, ad capessendos in Philosophia supremos honores, invitavi, pauca de sapientia proverbiali in medium proferre libuit, eamque veterum Germanorum exemplis illustrare. Primas in amplissima hac doctrina meduxisse tantum lineas, non ignoro; nullus tamen dubito, quin sententiam super tali re pro instituti ratione exposuerim, ut intelligi possit. Nova nunc praefandi datur occasio, cum Io. CHRIST. GEIERI, A. M. viri, cum viveret, amplissimi doctissimique, post fata vero propter insignem in egenos studiosos liberalitatem celebratissimi memoria in Academia nostra pie sit recolenda. Quod Germani dicere solent: Der Apfel fällt nicht weit vom Stämme, id nobilissimus hic venerandi parentis MARTINI GEIERI, Theologi incomparabilis, & in aula Saxonica olim Io. GEORGIO II. Duci Electori a Confessionibus & Consiliis ecclesiasticis filius, doctrina & moribus ita probavit, ut omni laude ex merito dignus videretur. Voluit autem vir beatus literarumque amantissimus, ut ipso hoc praeſamine, Commilitones suavissimi, de re aliqua utili sermo institueretur, cuius voluntati ut morem gererem, non supervacaneum esse duxi, de Proverbiorum Germanorum collectoribus, quædam haud vana differere. Prius vero quam ad rem ipsam expediendam accedo, in mentem venit, me numer in prolusione omisisse, quæ sit inter proverbia & locutiones proverbiales differentia. Rem iam olim recte animadvertis, qui in ex-

colenda vernacula lingua æternum sibi comparavit nomen vir illustris atque doctissimus, IVSTVS GEORGIVS SCHOTTELIVS, I. V. D. & Confiliarius Guelphicus in magno illo, quod vocat, de Lingua Germanica Opere, Brunswigæ anno MDCLXVI. in lucem edito. Quod ut omnes, qui masculam hanc linguam ex principiis suis iisque genuinis cognoscere, discere atque intelligere cupiunt, diligenter legant, moneo atque hortor. Proverbium dicitur breve illud & acute dictum, quod de vero, quatenus sensu atque experientia fuerit cognitum, propagatur: locutio autem proverbialis peculiaris tantummodo dicens est modus, inter ejusdem nationis homines introductus atque vulgo receptus. Prioris generis ea sunt, quibus sapientiam proverbialem veterum Germanorum exemplis illustratam dedimus, quo etiam pertinent sequentia: Eilen bringt kein Gut; langsam kommt auch; ehrlich währt am längsten; es wird schon kommen; wer weiß, wozu es gut ist; es hat so seyn sollen, & reliqua ejusdem ordinis. Posterioris vero generis sunt: Nach dem Schatten greissen; in ein Horn blasen; keine Seide dabei spinnen; den Kopf aus der Schlinge ziehen, die Bolzen fiedern, & sic porro. Quam differentiam si animadvertissent atque observassent proverbiorum Germanorum collectores, ad probandam majorum nostrorum sapientiam facilior foret atque expeditior laudabilis hujus studii usus. Fuerunt omnino, qui in iis conquirendis operam suam locarunt sagacissimi homines doctissimique, quorum nomina recensuit, sententiamque suam de eorum operibus adjecit magnus ille polyhistor, DANIEL GEORGIVS MORHOE, in eruditissimo libro, cui, quem ipse meruit, titulum indidit, eum, si volupe est, adeas velim, cum angustiores hujus scripti limites non permittant, ut hos sapientia patriæ magistros singulos enumerem, & sub censuram vocare instituam. Aut, si lubet, consule scriptum aliquod anonymum, quod inscribitur: Erklärung der vornehmsten Deutschen Sprichwörter nach ihrem Ursprunge und wahrem Verstände, in forma octava proditum, Lipsiæ 1748 apud heredes Lanckianos, ubi auctor in praefatione, libello suo adjecta, nomina paræmiographorum germanicorum, tum veterum, tum recentiorum non solum allegat, verum etiam singularia quædam de



de illis profert. Constituerat quidem ille, opus laudabiliter inceptum per centurias continuare, cur vero post primam statim partem solum abruperit, equidem non habeo dicere. Hoc insuper monere volo, in catalogo Morhofiano me non reperiisse, quos tamen eo tempore, quo viveret, extitisse ex libellorum editionibus appareret. Sunt illi Loci Communes proverbiales de Moribus Carminibus antiquis conscripti Basil. ex officina Frobeniana 1572. & ANDREAE GAERTNERI Proverbialia dictaria Ethicam & Moralem complectentia annis 1574 & 1585 edita, quae licet versus latinos in se contineant, tamen solum proverbia germanica apposuerunt, ut eam ob causam in numerum hujusmodi collectorum referri possint; cui adjungi merentur JOH. ERHARDI MICHAELIS Apophthegmata sacro-profana Jen. MDCCV in forma duodecima. Nec tacendus est eorum Syllabus, qui Helmstadii anno 1674 in forma octava sub inscriptione: Alte Deutsche zu vorstigtem Leben und annehmlichen Reden dienende Sprichwörter ordine alphabeticō, absque tamen ulteriori explicacione, confignatū compa-ruit. Diversis rationibus, quam in se suscepérant viri diligentissimi, rem perfecerunt. Sunt, qui, omisssis locutionibus proverbialibus, nil nisi proverbia nostratium enumerant, lectori, ut sensum proprio marte investiget, relinquentes. Sunt & alii, qui brevi commentatione ob- scuris dictis lucem afferre contendunt, quod an factum sit, illi judi- cent, qui eorum commenta legere & sub examen revocare cupiunt. Placuit etiam aliis, que nostri majores prosa oratione enunciarunt, hæc sensus communis dictamina ligato sermone lingua vulgari & invol- vere & explicare; vereor autem, ne delicatulis nostræ atatis ingenii hæ dapes displiceant, quanquam non omni elegantia & festivitate, pro istius temporis consuetudine, destituantur. Quam nostri in perpo- liendo externo sermonis habitu plus nimio sape adhibent curam, hanc illi meliori fortasse successu ad res ingeniose proponendas impende- bant. Accedit, quod non pauci nihil minus quam verborum germanicorum, quibus olim utebantur, vim & potestatem bene noverint, qua gravis efficiebatur & honesta oratio; sed illis, ad effeminandos animos vel vocabulis vel loquendi formulis noviter repertis, adsueta vetera hæc fastidiunt & rejiciunt. Nolint, quæso, qui hæc legunt, me tanquam



osorem cultioris linguae, cui praeclarissima operam suam dedicant ingenia, suspicari. Absit a me haec calumniandi protervia! Amo magnique facio industriam eorum, qui in lingua nostra excolenda viros se praestant, eamque magis flexilem, ornatam & ad explicandos omnes animi sensus facilem reddere conantur. Hoc tantum admonere eos velim, ut caveant, ne in ipsa lingue patriæ cultura sermonis patrii, qui pondere & gravitate in majoribus nostris excelluit, obliviscantur. Sed ut e diverticulo in viam redeamus, aliquid adhuc de illis dicendum est, qui in colligendis proverbii ordinem aliquem observarunt. Rem qui penitus peripiebant, suoque in dirigendis sapientia hujus vulgaris adminiculis studio, prater delectationem, etiam prodesse volebant, id sedulo egerunt, ut in certas classes, quas locos communes vocant, redigerentur. Sic enim usus eorum melius patebat, & qua occasione multoque cum fructu adhiberi possent, facile quivis intelligebat. Quo facto acutissimi tandem doctissimique viri quatuor inter eruditos ordinum ex hac proverbiorum farragine ea, quæ ad res suas pertinere videbantur, accuratius deligere coeperunt; inter quos tamen præcipue eminent illustris Viri J OH. NICOLAI H E R T II, Juris Consulti celeberrimi de parœmis Juris Germanici libri tres Volumini secundo operum inserti. Institutum ipse his verbis declarat: „inpiri-
„mis operam posuimus, ut veram atque genuinam cujusque parœmia
„sententiam erueremus, tum illas, quæ cunque regioni sunt propriæ,
„segregaremus ab aliis, quæ universum imperium pervagantur. Ne
„vero confuse tractarentur, libuit eas in libros tres dirigere, quorum
„primas parœmias Juris privati, juxta digestorum seriem; secundus
„parœmias Juris publici; tertius parœnius ad Jurisprudentiam univer-
„salem pertinentes, complecteretur. Cui adjungere possumus G E O R-
„GII T O B I A E P I S T O R I I V. J. Licentiati, thesaurum parœmiarum germanico-Juridicarum, qui earum decem centurias collegit, & suis observationibus dilucidavit, nullo tamen, quod ab H E R T I O factum merito laudamus, ordine observato. Rarior vero hujus rei tractatio inter theologos, medicos, & philosophos occurrit. Horum postremos, si qui huic parti rei litteraria germanica diligentiam suam atque eruditionem consecrare voluerint, rogatos esse cupio, ut laborem
haud



haud inutilem in se suscipiant. Ad sapientiam requiritur, ut ad res rite cognoscendas formetur intellectus, ad res honeste agendas perficiatur voluntas, & ad eas prudenter applicandas vita preceptis instruatur homo. Hac, ni fallor, methodo insignia sapientum proverbialium dicta eligi, & juxta modum in disciplinis receptum nervosa quadam cum explicatione colligi possent. Quod si vero libuerit alia incedere via, perinde mihi erit, si modo, quæ jam dispersa sunt, ad confirmandam majorum nostrorum doctrinam, in unum colligentur sapientiæ proverbialis corpus. Si præter ea cautiones quasdam, in hoc negotio observandas, cum his collectoribus futuris communicare liceat; vellem, ut proverbia a locutionibus proverbialibus bene secernerent: quippe hæ, ut antea dictum fuit, modum tantummodo breviter & acute loquendi concernunt; illa vero animum utilissima rerum cognoscendarum agendarumque notitia imbuunt, vel, ut imburent, inventa sunt. Habent etiam locutiones proverbiales aliquid subobscurum, quod explicatione indiget, quod negari non potest, siquidem ingeniose dicta sunt, variasque allusiones & tropicas significaciones comprehendunt, quæ, nisi multa cum eruditione atque diligentia explicentur, intelligi vix queunt. Quapropter eos non solum famæ suæ bene confulturos plane confido, verum etiam magnum rerum germanicarum studio allatu ornamentum, qui in perscrutandis his linguaæ nostræ mysteriis sagacitatem suam atque perspicaciam experiri vellent. De origine vocum, earumque probabili usu, quod clarissimus WACHTERVS, ex antiquioribus patriæ nostræ temporibus, collegit, opus insignem meretur laudem, nec minori applausū, ut opinor, elaboratissimum, quem in lucem edere promisit, in his studiis versatissimi HALTAVSI nostri thesaurum eruditus orbis excipiet. Nonne pari quoque diligentia latentes in locutionibus proverbialibus graves admodum & ingeniose eruenda sunt significations? Nec minoris pretii laborem esse judico, quam eorum, qui in explicandis græcorum romanorumque loquendi formulis proverbialibus multisfariaq[ue] suam ostenderunt eruditionem & patientiam. Alterum, de quo sibi caveant proverbiorum germanicorum collectores, in eo consistit, ut ius, quæ nostra tantum nationi sunt propria, aliarum gentium in nostram



1752.

stram linguam traducta non immisscent. Dann die griechischen, inquit SCHOTTELIVS, germanicæ linguae doctissimus interpres, lateinischen oder französischen Sprichwörter, wann sie vertauschet werden es keine deutsche Sprichwörter, ihre Urakunft und Geburt ist ausländisch, wiewohl die Meynung als gut zu behalten, und im Deutschen nützlich anzuwenden. Das rechte Deutsche ist anderes Schmackes, welches sich eben so wenig zu früherer Art und Nachrede bequemet. Quarenda est patrum nostrorum sapientia proverbialis, quam sensu atque experientia rebus, quibus usi sunt, convenienter acquisitam, opitulante suo ingenio, declarabant, quod ab aliis gentibus, juxta mores suos peculiaremque cogitandi modum, alter factum esse deprehendimus. Hinc illis, qui ad hæc studia animum attendunt, autor suaforque esse velim, ut non, nisi ex genuinis scriptorum germanorum libris excerpta, proverbia colligant, & unde ea sumferint, ingenue fateantur, eorumque testimonia allegent. Sic enim nobis, de verilla atque salutari germanorum nostrorum sapientia proverbiali, firmiter persualis, eos, qui rudes illos atque ab omni scientia vacuos fuisse criminantur, in pudorem conjicere, non esset difficile.

His pramissis, nunc quoque indicanda est in memoriam beati GEIERI Oratio, quam nobilissimus atque doctissimus Dominus M. JO. CHRISTOPHORVS KÖNIG, Slaiza Nariscus, de sententia: *Satis bene vivitur, si absque crimine, Commilitonum, qui ex viri beati instituto atque benignitate publice aluntur, suoque nomine in grati animi testificationem, die XXXI Decembr. hujus anni, loco consueto post horam IX auditam habebit, cui ut interesse solennemque hunc actum praesentia sua illustriorem reddere velint, Magnificum Academie Reclorem, illustrissimos Comites utriusque Reipublicæ proceres gravissimos civesque generosos nobilissimosque ea, qua pars est observantia, atque humanitate rogo.* P. P. Feria secunda Festo Nat. Christi
MDCCCLVI.

L I P S I A E

ONEX OFFICINA BREITKOPFIA






ULB Halle
007 231 954

3



WIP
WIPbat 12





DE
IORVM GERMANICORVM
LLECTORIBVS
PRAEFATVS

A D
IAM GEIERIANAM
D. XXXI. DEC. MDCCCLVI.
ATIONE SOLENNI
CELEBRANDAM
INVITAT
IS PHILOSOPHICI
X - DECANVS
FRIDERICVS MAIVS
MORAL. ET POLIT. P. P. O.
PRINCIP. COLLEGII SODALIS.

1756, 16.

